

23

Carolus Dei Gratia utriusque Sicilia, Hieru-
salem Rex, Hispaniarum Infans, Parmensium,
Placentinorum, Castrensiarum Dux, Magnus.
Etruscorum Princeps hereditarius

Dilecto nobisque fideli viro Michaeli Braijda
grām nrām, et bonam voluntatem.

Si regalem magnificentiam nostram saepe numero er-
ga illos effundimus, qui solis dumtaxat majorum suorum
meriti fulgent, multo magis rationi est consentaneum, ut
si benignos effectus liberalitatis nostra experiantur, qui
praeter claras suorum majorum virtutes, suam quoque
particularem fidem, et observantiam erga nos, et erga Sta-
tum nostrum, in dubiis precipue temporibus comprobare
non destiterunt. Sane pro parte tua, Michael Braijda,
supplex petitio calmini nostro, nuper oblata continebat, quae
duo ferme secula excurrunt ex quo nobilia modo feuda
cum omnimoda jurisdictione possessa fuerant ab Alectore

Brayda tuo predecessore, et eius familia semper nobiliter
vixisset, et illustria munera retroactis temporibus exer-
cuisset, et splendida Conjugia celebrasset. Propterea cel-
situdini nostrae devotius supplicasti, ut te, tuosque he-
redes, et Successores utriusque sexus in infinitum Mar-
chionatus Titulum super Feudo, aut Terra acquisita, vel
acquirenda evahere dignaremur, ut nimirum tuaeque ac
posteritatis huiusmodi Titulo ornati, honestati, et decora-
ti in perpetuum incedere ordine successivo possitis. Nos
igitur attendentes Familia tua antiquam, egregiamque no-
bilitatem, quae de digno testimonio, et relatione prae-
sertim nostrae Regalij Camera S. Clarae apud nos, quam ma-
xime commendatur. Haec omnia igitur considerantes, et
alia huiusmodi mentem nostram digne moventia, quae
in nostro pectore reveramus, facile inclinamur, ut
cum te liberalis simus, tuas preces ad exauditionis
gratiam admittamus, legae non minus, quam tuos
heredes, ac Successores utriusque sexus ordine Successi-

vo Marchionatus Titulo super Feudo, seu terra ac-
quisita, vel acquirenda, decorare, nobilitare, atque insi-
gnire velimus. Igitur te Marchionem, tuosque ha-
redes, et Successores utriusque sexus in perpetuum Mar-
chionem super Feudo, seu Terra acquisita, vel acquiren-
da appellari, idque consulti fecimus, speciali Te gratia
prosequente, et Regia qua fungimur D.O.M. beneficio,
potestate utente. Patent igitur his nostris Litteris Te
Michaellem Braijda, et tuos heredes, et Successores utrius-
que sexus Marchionem, et Marchionem dixisse, fecisse, con-
stituisse, declarasse, nominasse more majorum nostrarum
Citerioris Sicilia Regni. Subemusque Te, et tuos heredes,
et Successores utriusque sexus Marchionatu isto hoc, uti,
frui, quemadmodum alii Citerioris Sicilia Regni Mar-
chiones utantur, et fruuntur. Itaque libere utari, frui-
ris, et tui heredes, et Successores utriusque sexus in per-
petuum utantur, fruuntur, privilegij, omnibusque Titulij
dignitate, immunitate, juribus, senioribus, prerogativa, qui-
bus ceteri Marchiones nostri uti, frui, donari, in Aale, in
Comitiis, in Cretibus, in Judiciis, quocumque loco, quocumque

tempore consueverunt, et Regni eiusdem precepta servitia,
fidemque prastabij nobis, nostrisque in Regnum Suc-
cessoribus. Quapropter Illustribus, Spectabilibus, magni-
ficis, et dilectis Consiliariis nostris, magnis Camerario,
Prothonotario, Justitiario, eorumque Vicigerentibus
Camera S. Clare, Consilio Capuano, Presidentibus
Camera Summaria, Regenti, et Iudicibus Magne
Curie Vicariis, Thesaurario generali, Advocatis, et
Procuratoribus Fisci, maxime vero Principibus, Ducibus,
Marchionibus, Comitibus, Baronibus, aliisque Officia-
libus Regnum, et Statuum nostrorum quocumque mu-
nere, ministerio, Magistratu, Officio, potestate, jurisdic-
tione fungentibus presentibus, et futuris, precipimus, et
mandamus, ac statim, ac orderint Diploma hoc nostrum,
que in eo continentur, servent, tueantur, servanda,
tuenda, curent erga se, qui deinceps Marchio, et eius
haredes, descendentes, et successores, utriusque sexus, Mar-
chiones de Brayda appellabuntur, et appellabunt, se pro
Marchione, et eius haredibus, et successoribus, utriusque
sexus habentes, et excipientes, scientes in obedi-


tibus indignationem nostram, et penam ducatorum Mil-
le Neapolitanorum ipso jure ipsoque facto subeundam
erario nostro inferendam. Ut vero firmitus certiusque
hujus Privilegii Diploma fiat, precipimus Protho-
tario nostro Sicilia Citerioris idem mitti mandandum
prescripta formula Vidit, nec non Secretario Camera
S. Clare, ut prescripta pariter forma actus insinuet.
Perceptis denique eiusdem Camera scriptis testetur reci-
pere ea, que ex causa hujus congregationis sunt exigenda, ex-
ceptis que erario nostro impendenda essent, quibus omni-
bus tamquam solemnibus pretermittis, nullum eiusdem Di-
plomatis jubemus esse vigorem. His vero actus, precipimus
nullo alio facto, vel expectato, Te acceptis his litteris no-
stris, rite supramemorato confectis, uti beneficio hoc nostro
fruique posse, et has patentes litteras nostras, et a Te No-
bis oblatam fidem instar tibi esse cuiuslibet alterius rite,
incertare jurij jurandi, que alij essent peragenda. In
quorum fidem captem dari iussimus, postquam No-
mana nostra sis subscripsimus eilemque fue-
rint signata signoque nostro, et ab infrascripto

Secretario nostro Statu, Pratic, et Iustitie recognite.

Datum in Subarbano nostro Aerculano Nonij Maij

An. Chr. millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto

Carolus. S.



Bernardus Janynus

D. M. Michaelem Braxida, cuiusque descendens utriusque
sexu, honore, ac Titulo Marchionatus super Terra, seu
Feudo acquirendo decorare dignatur.

W. Danza P. S. Vicep.

Quirinus Rex mandavit mihi

D. Francisco Rapolla a senat.

Die 6 mensis Septembris 1755 =

Soluit pro expeditionis directu ducatos quatuorcentum quinquaginta novem, et ann. 16.

W. S. Sughajalle Regius Perceptor

In Priv. m. 122. fol. 172. at.º

Radente -